



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Et equites eius longe ueniunt, & aduolant, ueluti aquila ad cibu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-35974

Etequites eius à longe ueniunt, &
aduolant, ueluti aquila ad cibū.

Omissa est in hoc textu particula, Sic enim debebat legi. Equites eius expandunt se, & equites eius à longe ueniunt. Porrò Propheta hic Babylonicum exercitam Iudæis ob oculos depingit, ac tali hypotyposi exprimit, quasi coram transeuntem cerneret. Sic enim apparet, dum exercitus à lōge aduenit, quod primum, pars quædam equitum uideatur, sed quo pergunt magis, hoc magis eorum numerus augescit ex prodit, perinde quasi in ipso transitu multiplicarentur.

Id uult quom ait Equites eius expandunt se, hoc est, transeundo magis magisque augmentur, si quis eos aduentantes animaduertat, & quia à longe ueniunt, item exercitum apparere maiorem facit, dum enim in remotione adhuc loco appropinquare conspicuntur, apparet, quasi nullum sint habituri finem, sed semper ad huc in longinquō plures sint. Ita & instar aquile ad escam aduolant. Quo celarem transitum & cursum tangit, sicut & uidetur ei, qui aduenientem exercitum considerat, maxime dum nouerit sibi illum paratum Iudum. Tum enim quasi uolantes uidentur, qui cieius quam sese armare queant, adueniant. Sic pingendi artificio Habacuc utitur, hostium enim transitum graphicè ob oculos ponit, ac iuxta ostendit, qui illi animatis sint, quos impedit hostis, ut pote, quod uideatur nihil

cis

ANNOTATIONES.

eis porro restare, quām ut sese deuorari finant, ut im
bellis ac incēmis aliqua præda, se aquilam deuorarc si-
nit, quandoquidem, non sit quo reluctetur.

Videmus quām proprie, quām apposite dicere no-
uerint Prophetæ, quām breuiter ac simul tamen co-
piose rem aliquam explicitent. Quod enim aliis uel
uno uerbo sic dixisset. Babylonij uenient & Hieroso-
lyma deuastabunt, id multis edifferit uerbis Habacuc,
ac omnia proprie explanat, aptisque comparationi-
bus exornat, perinde atque dum rudi uulgo prædicat-
tur, opus est, ut illi de pingatur, inculcetur, &
quasi præmansum in os ingeratur, nihilque
non tentetur, quo emolliri possint. Ad
huc tamen quantum potest, iu-
uat. Intelligenti uero illicet
prædicatum est. Cō-
moratur ita =
que in ca =
dem re.

Veniunt ut solummodo temerē a-
gant, ut uentus uehemens ab Orientē,
feruntur.

Supra exposui, quid sit temeritas, in quem & hic
modum accipienda est, Vult enim Prophetæ dicere
Babylonios nullius rei causa uenire, quām ut mœram
exerccant